Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sententia perimit. uel generaliter in die iudicii hoc
facturus sē. quando repente ueniens ad iudicium
omīs regibus damnabit. eorūq; acta uelut fortissi
mus predo dispdet. secundū quod in euangelio ipse
loquit dicens. Si sciret pater familias qua hora fur
uenturus esset uigilaret utq; & ñ sineret pfodi
domū suā. Et admonendo subiungit. Ideoq; & uos
estote parati. quia qua nescitis hora filius hominis
ueniturus est. Sed habes pauca nomina in sardis. q
ñ inquinauerunt uestimenta sua. & ambulabunt
mecū in albis. quia digni sunt. Per nomina ipsos
honores intelligere debem̄. Ideo autē nomina ponit
ut ostendat se ñ solū numero. sed etiā nomina scire
suq; electq;. qui mor sen nouit ex nomine. & suorū
scribit in çelo nomina. scq;. ut ipse eis dicit. Gaude
te qd nomina uīa scripta sunt in çelo. Habes pauca
nomina. idē paucos homines. comparatione ceterorū
criminū; & immundicię carnis deseruientiū. qui ñ inq
nauerunt uestimenta sua. hoc ē uestē baptismatis.
uestē scilicet immortalitatis atq; innocentię. Ista sunt
numerū uestimenta. quib̄ diabolus in paradyso primū
hominē exspoliauit. cū sibi hunc p peccati consensū
straxit. Quibus uestimentis tunc homo ornatus ex
stitit. cū p immolationē uituli saginati iuniorē filī
patri reconciliatus. prima stola rursus indui meruit.
Hinc Paulus dicit. Exuentes uos uetere hominē. in
duite eū qui renouat in agnitione di. Ille autē uesti
menta sua sordib; ñ intinguit. qui p baptismatis sa
cramentū mortale crimen ñ admittit. Sed quia